



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Ars Bonæ Mortis. Sive: Quotidiana Erga Sanctissimam Dei Matrem Mariam Pietas**

Ad omnia quidem utilis. Ad felicem tamen mortem obtinendam utilissima

**Hevenesi, Gábor**

**Coloniæ Agrippinæ, [ca. 1708]**

IV. Februarii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50961](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50961)

B. Joanna, ut plures Mariano cultui aggregaret, ordinem sub tutela & titulo MARIÆ Annunciatae instituit, quæ quotidie rosariolum (quod ipsa à Christo didicit) 10. Ave, in cultum 10. Marianarum virtutum. 1. Castitatis, 2. Religionis, 3. Prudentiæ, 4. Humilitatis, 5. Fidei, 6. Gratiitudinis, 7. Obedientiæ, 8. Paupertatis, 9. Timoris DEI, 10. Patientiæ, recitaret. *Gasaus in Chr. Ord.* Præstat merita & virtutes, quàm annos computare.

O B. Joanna, quæ à Christo & Deipara ad epulas invitata apposita ab illis duo corda vidiſti, jussa illis tuum pariter sociare; ora pro me, ut cor meum ab omni sordium colluvie ita mundum præservem, ut ubi illud supremum vivere cæperit, MARIÆ offerre cum fiducia possim. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili &c. *f. 2.*

Ad quod impetrandum dictum de 10. Marianis virtutibus Rosariolum hodie recitabo.

Nihil nos Christus habere voluit, quod per MARIÆ manus non transiret. *S. Ger. bom. de Zona.*

Quæstio: An Deipara habuerit in Christum Patriam potestatem? *vide Vega Theol. Mari. pal. 26. n. 1602.*